

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prelacio cb cum uariis

Sunt quidam qui sciunt et possunt et uolunt preesse, quidam qui sciunt et possunt et nolunt esse, quidam qui nec sciunt nec possunt sed uolunt, quidam qui nec sciunt nec possunt nec uolunt. Scire et posse et uelle caritatis est uel superbie. Scire et posse et nolle humilitatis est uel inhercie. Nec scire nec posse sed uelle cupiditatis est et stulticie. Nec scire nec posse nec uelle discrecionis est et prouidencie. Qui enim sciunt, possunt et uolunt preesse, si uelint prodesse, caritatis est alioquin superbie. Qui sciunt et possunt sed nolunt humilitatis est quod renuunt, inhercie uero est cum sciunt, si omnino desistant. Qui autem nec sciunt nec possunt cupiditatis uidetur quod uolunt stulticie, si uelint quod nec sciunt nec possunt. Illi siquidem qui nec sciunt nec possunt nec uolunt prudenter agunt. Summa enim discrecio est nolle quod non potest, fugere quod nescit.

Hugo de duodecim abusioibus claustrii.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

preesse quidam qui] preesse quidam autem M; et nolunt esse] nec uolunt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
quidam qui nec sciunt nec possunt sed uolunt *om.* C; qui *om.* C; scire et] et *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>  
L<sup>2</sup>; posse et uelle] uelle et posse M; posse nec uelle] uelle nec posse M; enim sciunt] et  
*add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sciunt et] et *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sed] et P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uero est] est *om.* P  
V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; si *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; possunt] sed uolunt *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uolunt] nolunt C;  
illi siquidem qui nec sciunt nec possunt *om.* (*cor. in marg. infra*) B; discrecio]  
discrecionis B; potest] potes L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fugere] autem *add.* C; nescit] nescis L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>